

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT.

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM
DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS
MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET
TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATE-
RIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO
AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS,
STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE,
LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆ-
SERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO,
QUIQID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM
OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM
NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM
IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE
PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS V

S. IGNATIUS, S. POLYCARPUS, PONTIFICES ROMANI SÆCULI II, S. MELITO SARDENSIS; ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 208

—
1894

SÆCULUM II.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

S. P. N. IGNATI

EPISCOPI ANTIOCHENI

EPISTOLÆ

CUM GENUINÆ, TUM DUBIÆ ET SUPPOSITIÆ

*emissa Dissertatione de integritate textus recepti Epistolarum S. Ignatii, auctore H. DENZINGE
in Universitate Virceburgensi Theologiæ Professore.*

ACCEDUNT

ROMANORUM PONTIFICUM SÆCULI II, S. POLYCARPI MARTYRIS, S. MELTONIS SAR-
DENSIS, S. PAPIÆ HIERAPOLITANI, S. QUADRATI ATHENIENSIS, S. CLAUDII APOLLINARIS
HIERAPOLITANI, MAXIMI HIERSOLYMITANI, POLYCRATIS EPHESINI,
S. THEOPHILI CÆSAREÆ PALÆSTINÆ, S. SERAPIONIS ANTIOCHENI, ARCHÆI AFRICANI,
EPISCOPORUM, ARISTIDIS APOLOGISTÆ CHRISTIANI, CASTORIS, ARISTONIS
PELLŒI, S. HEGESIPPI, PANTÆNI, RHODONIS, APOLLONII, PLURIUM ANONYMORUM.

EPISTOLÆ, OPUSCULA, FRAGMENTA.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri universæ

SIVE CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

UD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES
IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 202

—
1894

MARTYRION

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ⁽⁸⁷⁾

MARTYRIUM

SANCTI HIEROMARTYRIS IGNATII THEOPHORI

(HEFELE, *Patr. apost.*, ed. 3, Tubingæ 1847, in-8^o.)

I. Ignatii cura pastoralis et martyrii desiderium.

Cum non ita pridem imperium Romanorum ex-
cepisset Trajanus, Ignatius, apostoli Joannis disci-
pulus, vir erat in omnibus apostolicus, et Ecclesiam
Antiochenorum summa cura regebat, cum veteres
procellas multarum sub Domitiano persecutionum
ægre præterisset; quippe qui instar boni guber-
natoris gubernaculo precum ac jejunii, et assidui-
tate docendi, et perpetua contentione spiritus, tem-
pestati contrariæ restitit; veritus, ne quem timidio-
rum aut simpliciorum amitteret. Quamobrem gau-
debat quidem Ecclesiæ tranquillitate, quiescente
ad breve tempus persecutione; dolebat autem ani-
mo, quod nondum veram erga Christum charita-
tem, neque perfectum discipuli ordinem esset asse-
cutus. Reputabat enim animo, confessione, quæ
per martyrium fit, fore, ut ipse similior fieret Chri-
sto. Unde paucis annis adhuc in Ecclesia moratus,
et divinæ instar lucernæ ³⁰ intellectum cujusque
interpretatione [divinarum] Scripturarum illus-
trans, votorum suorum compos factus est.

II. Ignatius a Trajano condemnatur.

Posthæc enim Trajanus, nono imperii sui anno
victoria de Scythis et Dacis aliisque multis gentibus

³⁰ Joan. v, 35.

(87) Syriacam versionem capitulum hujus martyrii
1-4 incl. nuperrime Curetonus e codice ms. Musei
Londinensis typis vulgavit. Codex hic, paucos ante
annos e bibliotheca Claudii Jacobi Rich, legati Bri-
tannici in urbe Bagdad, Londinum delatus, etiam
fragmentum *Epistolæ S. Ignatii ad Romanos* conti-
net. Versio autem martyrii Syriaca non ubique ad
verbum textui Græco codicis Colbertini respondet,
cum Syrus nonnunquam Græca male intellexerit,
sæpissime autem paraphrasi sit usus. Cæterum
omnes variæ lectiones, inde ortæ, nullius sunt pon-
deris.

A Ἄρτι διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊα-
νοῦ (88), Ἰγνάτιος, ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθη-
τής, ἀνὴρ ἦν (89) τοῖς πᾶσιν ἀποστολικὸς, καὶ ἐκυ-
βέρνα τὴν Ἐκκλησίαν Ἀντιοχείων ἐπιμελῶς, τοὺς
πάσαι χειμῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ
Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθός,
τῷ σίκακι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, καὶ τῇ
συναγωγῇ τῆς διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ πνευματι-
κῷ (90), πρὸς τὴν ζάλην τὴν ἀντικειμένην ἀντειχεν
δεδοικώς, μὴ τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκερασιτέρων
ἀποβάλλῃ. Τοιγαροῦν τὸ φράσσεται μὲν ἐπὶ τῷ τῆς Ἐκ-
κλησίας ἀπαλεύτῳ, λωφίσαντος πρὸς ὀλίγον τοῦ
διωγμοῦ· ἤσγαλλεν δὲ καθ' ἑαυτόν, ὡς μήπω τῆς ὄν-
τως εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος, μηδὲ τῆς τε-
λείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως. Ἐνεύθει γὰρ τὴν διὰ
B μαρτυρίου γινομένην ὁμολογίαν πλείον αὐτὸν προσ-
οικειούσαν τῷ Κυρίῳ. Ὅθεν ἔτεσον ὀλίγοις ἔτι πα-
ραμένον τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ λόγιου δέκην θεϊκοῦ τὴν
ἐκάστου φωτίζων διάνοιαν διὰ τῆς τῶν [θεῶν (91)]
Γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπέτύγγανεν τῶν κατ' εὐ/ρίην.

Τραϊανοῦ γὰρ μετὰ ταῦτα ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ
βασιλείας (92), ἐπαρθέεντος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ Σκυ-

(88) I. e. a. 98 p. Ch. n.

(89) Lege cum veteri versione Latina, ab Usserio
edita, ἐν pro ἦν, particula καί, quæ sequitur, de-
leta. SMITH.

(90) Ms. τῷ πνεύματι, male. Legendum aut τοῦ
πνεύματος, aut τῷ πνευματικῷ. Posterior emendatio
præferenda est; nam uterque vetus interpretes Lati-
nus habet: « spirituali. » Clerico placet τῷ ἐντόνῳ
πνεύματι, « firmo et constanti; » Smithio, πόνῳ
πνευματικῷ. JAC.

(91) Neuter interpretes Latinus θεῶν agnoscit JAC.

(92) I. e. a. 107 p. Ch. Vet. uterque habet.

θῶν καὶ δακῶν καὶ ἐτέρων πολλῶν ἔθνων, καὶ νομί-
σαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ
τῶν Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τὴν
τῶν δαιμόνων ἔλκοντο λατρείαν μετὰ πάντων ὑπεισ-
ιέναι τῶν ἔθνων, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλῆσαντος,
πάντας (93) τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ τελευτᾶν
κατηνάγκαζεν. Τότε τοίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀν-
τιοχείων Ἐκκλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώ-
της, ἐκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανὸν (94). διὰ γὰρ
μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν,
σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. Ὡς δὲ
κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανῷ τοῦ βασιλέως· « Τίς
εἶ, κακοδαίμων, τὰς ἡμετέρας σπουδαζῶν διατάξεις
ὑπερβαίνειν, μετὰ τὸ (95) καὶ ἑτέρους ἀναπεῖθειν, ἵνα
κακῶς ἀπολῶνται; » Ἰγνάτιος εἶπεν· « Οὐδεὶς Θεοφό-
ρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφαστήκασι γὰρ ἀπὸ τῶν
δούλων τοῦ Θεοῦ τὰ δαιμόνια. Εἰ δὲ, ὅτι τοῦτοις ἐπα-
χθῆς εἰμι, [καὶ (96)] κακὸν με πρὸς τοὺς δαίμονας
ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ. Χριστὸν γὰρ ἔχων ἐπουρά-
νιον βασιλέα, τὰς τούτων καταλύω ἐπιβουλὰς. »
Τραϊανὸς εἶπεν· « Καὶ τίς ἐστὶ Θεοφόρος; » Ἰγνάτιος
ἀπεκρίνατο· « Ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στήρνοισι. » Τραϊα-
νὸς εἶπεν· « Ἡμεῖς οὖν σοὶ δοκοῦμεν κατὰ νοῦν μὴ
ἔχειν θεοὺς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμάχοις πρὸς τοὺς
πλημύους; » Ἰγνάτιος εἶπεν· « Τὰ δαιμόνια τῶν
ἔθνων θεοὺς προσαγορεύεις πλανώμενος· εἰς γὰρ
ἔστιν Θεός, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ
τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ εἰς Χρι-
στὸς Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενῆς, οὗ τῆς
βασιλείας ἀνάμνησις! » Τραϊανὸς εἶπεν· « Τὸν σταυρω-
θέντα λέγεις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου; » Ἰγνάτιος εἶπεν·
« Τὸν ἀνασταυρώσαντα τὴν ἐμὴν ἀμαρτίαν μετὰ τοῦ
παύτου εὐρετοῦ, καὶ πᾶσαν καταδικάσαντα δαιμονικὴν
πλάνην καὶ κακίαν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν αὐτῶν ἐν
καρδίᾳ φοροῦντων. » Τραϊανὸς εἶπεν· « Σὺ οὖν ἐν
ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρωθέντα; » Ἰγνάτιος εἶπεν·
« Ναί· γέγραπται γάρ· Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ
ἐμπεριπατήσω. » Τραϊανὸς ἀπεφώνησε· « Ἰγνάτιον
προσετάξαμεν, τὸν ἐν ἑαυτῷ λέγοντα περιφέρειν τὸν
ἐσταυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ στρατιωτῶν γενόμενον
ἄγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην, βρῶμα γενησό-
μενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ δήμου (97). » Ταύτης ὁ
ἅγιος μάρτυς ἐπακούσας τῆς ἀποφάσεως, μετὰ χαρᾶς
ἐβόησεν· « Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα, ὅτι με τελείᾳ
τῇ πρὸς σὲ ἀγάπῃ τιμῆσαι κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ
σου Παύλῳ δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς. » Ταῦτα εἶ-
πὼν, καὶ μετ' εὐφροσύνης περιθέμενος τὰ δεσμὰ,
ἐπευξάμενος πρότερον τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτην
παραθέμενος μετὰ δακρύων τῷ Κυρίῳ, ὡς περ κριὸς
ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριώδους
στρατιωτικῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις αἰμο-
βόροις ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπαχθησόμενος πρὸς βράν.

³¹ Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16.

« anno quarto. » Grubius corrigit δεκάτῳ ἐνάτῳ
ἔτει, i. a. 116.

(93) Ὁ φόβος ante πάντας in ms. male additum
assumentum est, quod neuter vetus int. Latinus in
codice suo legebat. JAC.

(94) Ignatius sponte se contulit ad Trajanum ut
eum placaret expositione doctrinae Christianae, aut,

A reportata elatus, ad subjectionem omnium sibi ad-
huc pium Christianorum corpus deesse ratus, per-
secutionemque, nisi dæmonum cultum cum omni-
bus gentibus amplecterentur, minatus, omnes reli-
giose viventes aut sacrificare aut mori cogebat.
Tum vero pro Antiochena Ecclesia pertimescens
generosus Christi miles, sponte ductus est ad Tra-
janum, qui eo tempore Antiochiæ quidem moraba-
tur, sed contra Armeniam et Parthos ire festinabat.
Ut vero in conspectu Trajani imperatoris stetit:
« Quis es, inquit, o cacodæmon, qui nostra man-
data transgredi eniteris, simulque aliis suades, ut
male pereant? » Ignatius respondit: « Nemo Theo-
phorum vocet cacodæmonem; abscesserunt enim
dæmonia a servis Dei. Sin vero, quia iis infestus
sum, me etiam malum in dæmonas vocas, assen-
tior. Cum enim habeam Christum cælestem regem,
insidias illorum dissolvo. » At Trajanus: « Quis
est, ait, Theophorus? » Ignatius respondit: « Is, qui
habet Christum in pectore. » Tum Trajanus: « An-
non videmur tibi, inquit, et nos in animo gestare
deos nostros, quibus adversus hostes ad,utoribus
utimur? » Ignatius respondit: « Dæmonia gentium
errans vocas deos: est enim unus Deus, qui cælum
et terram et mare et omnia quæ sunt in iis, fecit;
et unus Christus Jesus, Filius Dei unigenitus, cujus
regno utinam fruam! » Trajanus dixit: « Illum dicis,
qui sub Pontio Pilato crucifixus est? » Ignatius
respondit: « Eum, qui in crucem sustulit peccatum
meum cum ejus inventore, et omnem errorem dæ-
moniacum omnemque malitiam damnans subjecit
pedibus eorum, qui ipsum in corde gerunt. » At
Trajanus: « Ergo, ait, geris in te crucifixum? »
Ignatius respondit: « Imo; scriptum enim est: *Habitabo et ambulabo inter eos*³¹. » Trajanus senten-
tiam tulit: « Ignatium, qui in se ipso circumferre
crucifixum contendit, jussimus in vincula a militi-
bus conjectum abduci Romam magnam, ut sit pa-
stus ferarum ad delectationem populi. » Senten-
tiam hanc cum sanctus martyr audisset, præ gau-
dio exclamavit: « Gratias tibi ago, Domine, quia
me perfecta erga te charitate honorare dignatus es,
qui me cum apostolo tuo Paulo in ferrea vincula
conjeceris. » Hæc cum dixisset, et hilari animo vin-
cula suscepisset, cumque prius orasset pro Eccle-
sia, et eam cum lacrymis Domino commendasset,
instar arietis insignis, qui egregium gregem ducit,
ferina et militari acerbitate correptus est, abducen-
dus Romam ad pastum cruentarum ferarum.

στρατιωτικῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις αἰμο-

si minus eum placare posset, totam iram ejus ipse
exciperet, Ecclesiamque Antiochenam sic metu
liberaret. CLER.

(93) Melius τοῦ. SMITH.

(96) Καὶ abundat. SMITH.

(97) Cfr. Ign. ad Rom. e. 6.

III. S. Ignatius Smyrnam navigat.

Cum multa ergo alacritate et lætitia, patiendi cupiditate, Antiochia Scleuciam descendit, et illinc navi vectus est; cumque post multos labores ad Smyrniensium urbem appulisset, multa cum lætitia e navi descendit, ac sanctum Polycarpum, Smyrniensium episcopum, quondam condiscipulum suum videre festinavit: fuerant enim olim sancti apostoli Joannis discipuli. Apud quem diversatus, cum eum spiritualium charismatum participem fecisset, suis etiam vinculis esset gloriatus, orabat eum, ut vellet propositum ipsius adjuvare; et maxime quidem hoc rogabat totam Ecclesiam (exceperant enim sanctum illum virum civitates atque Ecclesiæ Asiæ per episcopos et presbyteros et diaconos, cum omnes ad eum festinarent, si forte partem charismatis spiritualis ab eo acciperent³²); ac præ cæteris sanctum Polycarpum, ut citius per feras, inconspicuis in mundo factus, coram Christo compareret.

IV. Ignatius scribit Ecclesiis, præsertim Romanæ.

Atque hæc sic dicebat et sic contestabatur, usque adeo extendens amorem in Christum, ut per pulchram confessionem et studium eorum, qui pro ejus certamine simul Deum orabant, cælum esset accepturus, utque Ecclesiis, quæ ipsi per rectores suos occurrerant, mercedem redderet, gratias agens literis ad eas missis, e quibus gratia spiritualis cum votis et adhortationibus stillabat. Cum ergo omnes erga se benevole affectos cerneret, veritus est, ne fratrum charitas studium eundi ad Deum incidere, dum pulchra ipsi esset aperta martyrii janua. Quæ ad Ecclesiam Romanorum scripsit subiecta sunt.

Legitur hic Epistola S. Ignatii ad Romanos. Vide supra col. 685.

V. Ignatius a Smyrna Romam dicitur.

Postquam ergo, ut volebat, epistola sua repugnantes fratres Romanos composuisset, a Smyrna solvens (urgebatur enim a militibus Christophorus, ut ad publica spectacula magnæ Romæ properaret, quo præ oculis populi Romani feris bestiis traditus coronam certaminis consequeretur) appulit Troadem. Deinde illinc Neapolin ductus, per Philippos peragravit Macedoniam et ad eam Epiri partem, quæ ad Epidamnum sita est, in maritimis locis navi

³² Rom. i, 11.

(98) Cfr. Ign. ad Rom. c. 5.

(99) I. e. precibus a Deo petere, ut Ignatium gloria martyrii donaret, eique constantiam præberet. CLER.

(1) Ita Toupius et Jacobsonus. Ms. μέλλειν.

(2) Lege εὐχαριστικῶν. GRAB., εὐχαρίτων. TOUP.

(3) Similem fere locutionem habes in Ep. ad Magn. c. 14. ὁρασισηῖναι.

(4) I. e. componere animos aliter sentientium, eosque ad id probandum, quod ipse cupiebat, adducere. CLER.

Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμία τοῦ πάθους, κατελθὼν ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθεν εἶχετο τοῦ πλοῦς· καὶ προσχὼν μετὰ πολὺν κόματον τῇ Σμυρναίων πόλει (98), σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβάς τῆς νηὸς, ἔσπευδε τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, τὸν Σμυρναίων ἐπίσκοπον, τὸν συνακρατήν, θεάσασθαι· ἐγεγόνεισαν γὰρ πάλαι μαθηταὶ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰωάννου. Παρ' ᾧ καταχθεὶς, καὶ πνευματικῶν αὐτῷ κοινωνήσας χαρισμάτων, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκαυχώμενος, παρεκάλει συναθροεῖν τῇ αὐτοῦ προθέτει (99), μάλιστα μὲν κοινῇ πᾶσαν Ἐκκλησίαν (ἐδεδξιούοντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων αἱ τῆς Ἀσίας πόλεις καὶ Ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτόν, εἴ πως μέρος χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ) ἔξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα, διὰ τῶν θηρίων θᾶπτον ἀφανῆς τῆν κόσμῳ γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

Καὶ ταῦτα οὕτως ἔλεγεν, καὶ οὕτως διεμάρτύρατο, τοσοῦτον ἐπεκτείνων τὴν πρὸς Χριστὸν ἀγάπην, ὡς οὐρανοῦ μέλλων (1) ἐπιλαμβάνεσθαι διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας καὶ τῆς τῶν συνευχομένων ὑπὲρ τῆς ἀθλήσεως σπουδῆς, ἀποδοῦναι δὲ τὸν μισθὸν ταῖς Ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαριστῶν (2) ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτάς, πνευματικὴν μετ' εὐχῆς καὶ παραινέσεως ἀποσταζόντων χάριν (3). Τοιγαροῦν τοὺς πάντας ὄρων εὐνοϊκῶς διακειμένους περὶ αὐτόν, φοβηθεὶς, μή ποτε ἢ τῆς ἀδελφότητος στοργῇ τὴν πρὸς Κύριον αὐτοῦ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνεφχθείσης αὐτῷ θύρας τοῦ μαρτυρίου, οἷα πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει Ῥωμαίων, ὑποτέτακται.

Καταρτίσας τοίνυν, ὡς ἠβούλετο, τοὺς ἐν Ῥώμῃ τῶν ἀδελφῶν ἄκοντας διὰ τῆς ἐπιστολῆς (4), οὕτως ἀναχθεὶς ἀπὸ τῆς (Σμύρνης) κατεπίγετο γὰρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ Χριστοφόρος (5) φθάσαι τὰς φιλοτιμίας (6) ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, ἵνα ἐπ' ὄψει τοῦ δήμου Ῥωμαίων θηροῖν ἀγρίοις παραδοθεὶς, τοῦ στεφάνου τῆς ἀθλήσεως ἐπιτόγῃ) προσέσχε τῇ Τρωάδι. Ἐἶτα ἐκεῖθεν καταχθεὶς ἐπὶ τὴν Νεάπολιν, διὰ Φιλίππων παρῶδευεν Μακεδονίαν (7), καὶ περὶ (8) τὴν

(5) Cfr. Ign. ad Eph. c. 9.

(6) I. e. iudi, magno sumptu a candidatis magistratum exhiberi soliti. SMITH.

(7) Adde πεζῆ, ut legebat vet. int. SMITH. Cfr. Act. xvi, 11, 12. Ignatius via Egnatia, Thessaloniam cum Dyrrachio (Epidamno) jungenti usus est. Cfr. Tafel, Epistola gratulatoria ad universitatem Gotting. 1837, pp. 3, 15, et Dissert. de via Egnatia. Tubing. 1841, p. 16 sqq.

(8) Ms. περὶ καί.

Ἡπειρον τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον, ἐν τοῖς παραθαλατ-
 τίοις νηὸς ἐπιτυχῶν, ἔπλει τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος,
 κάκειθεν ἐπιβὰς τοῦ Τυρρηνικοῦ, καὶ παραμειθίων
 νήσους τε καὶ πόλεις, ὑποδειχθέντων τῷ ἁγίῳ Ποτιό-
 λων, αὐτὸς μὲν ἐξελθεῖν ἐσπευθεν, κατ' ἴχνος βαδίζειν
 ἐθέλων τοῦ ἀποστόλου Παύλου. Ὡς δὲ ἐπιπεσὼν βίαιον
 πνεῦμα οὐ συνεχώρει, τῆς νηὸς ἐκ πρόμνης ἐπειγα-
 μένης, μακαρίσας τὴν ἐν ἐκείνῃ νῆϊ τάπερ τῶν ἀδελ-
 φῶν ἀγάπην, οὕτω παρέπλει. Τοιγαροῦν ἐν μιᾷ ἡμέ-
 ρῃ καὶ νυκτὶ τῇ αὐτῇ οὐρίοις ἀνέμοις προσχησάμε-
 νοι, ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ
 ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι. Τῷ
 δὲ κατ' εὐχὴν ἀπέβαινε σπεύδοντι θάπτον ἀναχωρη-
 σαι τοῦ κόσμου, ἵνα φθάσῃ πρὸς ὃν ἠγάπησεν Κύ-
 ριον. Καταπλεύσας γοῦν εἰς τοὺς λιμένας Ῥωμαίων,
 μελλούσης λέγειν τῆς ἀκαθάρτου φιλοτιμίας, οἱ μὲν
 στρατιῶται ὑπὲρ τῆς βραδυτῆτος ἡσχαλλόν, ὁ δὲ ἐπίσκοπος χαίρων καταπείγουσιν ὑπήκουσεν.

VI. Ignatius Romæ a bestiis devoratur.

Ἐκεῖθεν οὖν ἐώσθησαν ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόρ-
 του (6) διεπεφήμεστο γὰρ ἤδη τὰ κατὰ τὸν ἅγιον
 μάρτυρα) συναντῶμεν (10) ταῖς ἀδελφοῖς φόβῳ καὶ
 χαρᾷ πεπληρωμένοις, χαίρουσιν μὲν ἐφ' οἷς ἤξιων-
 το τῆς τοῦ Θεοφόρου συντυχίας, φοβουμένοις δὲ, διότι
 περὶ ἐπὶ θάνατον ὁ τοιοῦτος ἦγετο. Τισὶ δὲ καὶ παρ-
 ἠγγελλεν ἡτυχάζειν, ζέουσι καὶ λέγουσι καταπαύειν
 τὸν δῆμον πρὸς τὸ μὴ ἐπιζητεῖν ἀπολέσθαι τὸν δι-
 καιον. Ὅς εὐθὺς γνοὺς τῷ πνεύματι, καὶ πάντας
 ἀσπασάμενος, αἰτήσας τε πρὸς αὐτῶν τὴν ἀληθινὴν
 ἀγάπην, πλείονά τε τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ διαλεχθεῖς (11)
 καὶ πείσας μὴ φθονῆσαι τῷ σπεύδοντι πρὸς τὸν Κύ-
 ριον, οὕτω μετὰ γονυλισίας πάντων τῶν ἀδελφῶν,
 παρακαλέσας τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν Ἐκκλη-
 σιῶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ διωγμοῦ καταπαύσεως, ὑπὲρ τῆς
 τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ἀπήχθη μετὰ
 σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον. Εἴτα εὐθὺς ἐμόλθηθαι
 κατὰ τὸ πάλαι πρόσταγμα τοῦ Καίσαρος (12), μελλ-
 λουσῶν καταπαύειν τῶν φιλοτιμιῶν (ἦν γὰρ ἐπιφα-
 νῆς, ὡς ἐδόκουν, ἡ λεγομένη τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ
 τρισκαιδέκατη (13), καθ' ἣν σπουδαίως συνήεσαν),
 οὕτως θηρσίν ὡμοῖς παρὰ τῷ ναῷ παρεβάλλετο (14),
 ὡς παρ' αὐτὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληροῦ-
 σθαι τὴν ἐπιθυμίαν (15), κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἐπι-
 θυμία δικαίου δεκτὴ· ἵνα μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπα-
 χθῆς διὰ τῆς συλλογῆς τοῦ λειψένου γένηται, καθὼς
 φθασας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὴν ἰδίαν ἐπεθύμει γενέσθαι
 τελείωσιν. Μόνα γὰρ τὰ τρυχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ
 λειψάνων περιλείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν

A inventa, per Adriaticum mare navigavit; inde Tyr-
 rhenum ingressus, insulas et civitates transiit,
 ostensisque sancto viro Puteolis, ipse quinque egre-
 di cupiebat, cum vellet per vestigia Pauli apostoli
 incedere⁸³. Cum vero irruens ventus vehementior
 id non pateretur nave a puppi impulsam, beatam
 prædicavit charitatem fratrum illius loci, et sic
 præternavigavit. Igitur uno die et nocte eadem se-
 cundis ventis usi abducebantur, nos quidem inviti,
 gementes ob separationem justii illius a nobis mox
 futuram. At ei ex voto res contingebat, festinanti e-
 mundo discedere ut ad dilectum Dominum perve-
 niret. Quare cum navigando pervenisset in portus
 Romanorum, finisque immundi spectaculi immine-
 ret, milites tarditatem ægre ferebant; at episco-
 pus gaudens urgentibus parebat.

B

pus gaudens urgentibus parebat.

Illinc ergo abierunt ab eo, qui dicitur Portus
 (jam vero sparsa erat sancti martyris fama); obvia-
 mus fratribus metu et gaudio repletis, gaudentibus
 quidem, quod congressu Theophori Deus ipsos esset
 dignatus, timentibus autem, quod talis vir ad mor-
 tem duceretur. Quosdam etiam monuit, ut quiesce-
 rent, qui fervebant aiebantque, se populum esse
 sedaturos, ne virum justum ad necem quæreret.
 Qui cum confestim rem spiritu cognovisset et om-
 nes salutasset, et ab iis verum amorem pluribus
 verbis, quam in epistola, petiisset, iisque persua-
 sisset, ne sibi inviderent ad Dominum festinanti,
 C nunc, postquam cuncti fratres genua flexissent,
 ipseque Filium Dei pro Ecclesiis et pro cessatione
 persecutionis et pro muluo fratrum inter se amore
 precatus esset, abductus est confestim in amphitheatrum.
 Dein illico in id immissus ex mandato
 Cæsaris pridem dato, sine spectaculorum immi-
 nente (erat enim solemnitas, ut putabant, dies, qui
 dicitur Romana lingua tertius decimus, quo stu-
 diose convenerant), sic crudelibus feris juxta tem-
 plum est objectus, ut illico sancti martyris Ignatii
 impleretur desiderium, prout scriptum est: *Desi-
 derium justii est acceptum*⁸⁴; ut nempe nulli fratrum
 gravis fieret ob suarum reliquiarum collectionem,
 quemadmodum prius in epistola optaverat, suam
 consummationem fieri. Solæ enim duriores sancta-
 rum ejus reliquiarum partes relictæ, et Antiochiam
 ablatae sunt, atque in linteo depositæ, ut thesaurus

⁸³ Act. xxviii, 13, 14. ⁸⁴ Prov. x, 24.

(9) Hodie II Porto prope ostiam.

(10) Ita monente Smithio restituit Jacobsonus e codice Parisiensi pro vulgata lectione σὺν αὐτῷ μὲν.

(11) Sc. in Epistola sua ad Romanos.

(12) Sic loquitur Martyrii scriptor, quia ante aliquot menses sententiam pronuntiavit Trajanus CLES.

(13) Sc. ante Kalendas Januarias, ut ex cap. 7 apparet: Εγένετο δὲ ταῦτα τῇ πρὸ δεκατριῶν Καλάν-

δῶν Ἰαννουαρίων. Die illo celebrabantur binis diebus Sigillaria, adjuncta Saturnalibus.

(14) Erat amphitheatrum aut Jovi Latiari, aut Stygio, et Dianæ sacrum; quamobrem mirum non est, hic templi mentionem fieri. CLES. Vetus interpres non legii τῷ ναῷ, habet enim: *ab impiis*. forlasse legens: παρὰ τῶν ἀνοσίων sive ἀνομῶν. SMITH.

(15) Vide Ign. ad. Rom.

inæstimabilis, ob martyris gratiam sanctæ Eccle-
siæ relictæ.

Α ἀπεκομίσθη, καὶ ἐν λίνῳ κατετίθη, θησαυρὸς ἀτί-
μητος, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ μάρτυρι χάριτος τῆς ἁγίας Ἐκ-
κλησίας καταλειφθέντα (16).

VII. *Ignatius mortuus apparet dormientibus.*

Contigerunt vero hæc a, d. xiii Kalendas Janna-
rias, hoc est, Decembris vigesima, consulibus apud
Romanos iterum Sura et Senecione. Horum nos
ipsi spectatores facti, cum in lacrymis totam no-
ctem exegissemus, et genibus flexis multaque ora-
tione Dominum ut nos infirmos de iis, quæ facta
fuerant, certos faceret, essemus precati, ac paulu-
lum obdormissemus; alii statim astantem eum
nosque complectentem vidimus, alii rursus pro no-
bis orantem beatum Ignatium conspeximus, alii
vero sudore stillantem, tanquam a multo labore
advenientem, atque astantem Domino. Cum ergo
multo cum gaudio ista vidissemus, et somniorum
visa contulissemus, Deum datorem bonorum lau-
davimus, sanctum virum beatum prædicavimus,
vobis et diem et tempus significavimus, ut tempore
martyrii ejus convenientes communionem nostram
testificemur cum athleta et generoso martyre
Christi, qui conculcavit diabolum, et desiderii sui,
ex amore Christi profecti, cursum explevit, in
Christo Jesu, Domino nostro, per quem et cum
quo Patri sit gloria et potentia cum Spiritu sancto
in sæcula. Amen.

Ἐγένετο δὲ ταῦτα τῆς πρὸ δεκατριῶν Καλανῶν
Ἰαννουαρίων, τοῦτέστιν Δεκεμβρίῳ εἰκάδι, ὑπατευόν-
των παρὰ Ῥωμαίους Σύρα καὶ Σενεκίου τὸ δεύτε-
ρον (17). Τοῦτων αὐτόπται γενόμενοι, μετὰ θαυράων
κατ' οἶκόν τε πικνοχίσταντες, καὶ πολλὰ μετὰ γου-
κλισίας καὶ δεήσεως παρακαλέσαντες τὸν Κύριον
πληροφορῆσαι τοὺς ἀσθενεῖς, ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς προγε-
γονόσιν (18), μικρὸν ἀρυπνώσαντες, οἱ μὲν ἐξαίφνης
ἐπιπτάντα καὶ περιπτυσσόμενον ἡμᾶς ἐδίδεσκον, οἱ
δὲ πάλιν ἐπευχόμενον ἡμῖν ἐωρῶμεν τὸν μακάριον
Ἰγνάτιον, ἄλλοι δὲ σταζόμενον ὑφ' ἰδρωτός ὡς ἐκ κα-
μάτου πολλοῦ παραγενόμενον, καὶ παρεστῶτα τῷ
Κυρίῳ. Μετὰ πολλῆς τῶν γὰρ τῶν ἰδόντων,
καὶ συμβαλόντες τὰς ὀφείας τῶν ὄνειράτων, ὑμνήσαν-
τες τὸν Θεὸν, τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρί-
σαντες τὸν ἅγιον, ἐφανερῶσαμεν ἑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν
καὶ τὸν χρόνον, ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου
συναγόμενοι (19), κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γεν-
ναίῳ μάρτυρι Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον,
καὶ τὸν τῆς φιλαχρίστου αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειώ-
σαντι δρόμον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι-
οῦ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν
τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς αἰῶνας, Ἀμήν.

MARTYRIUM SANCTI IGNATII

EPISCOPI ANTIOCHIÆ SYRIÆ

Ex vetere Interpretatione, in membranis Cottonianis reperta, atque a Jacobo Usserio
primum edita.

(GALLAND.. *V et Patr. Biblioth.*, I, 299, Venetiis 1765, in-fol.)

CAPUT I.

Cum Trajanus Romanorum suscepit imperium,
Ignatius discipulus sancti Joannis apostoli et evan-
gelistæ, vir in omnibus apostolicus, suscepit Eccle-
siam Antiochenorum gubernandam; quæ olim a
tempestalibus et persecutionibus agitabatur. Tan-
quam bonus gubernator, omnes infestationes suis
orationibus repellebat et jejuniis, atque assidua
doctrina et labore spirituali incumbentem tempe-
statem sua virtute avertebat; timens ne aliquem

C pusillanimum aut infirmum amitteret. Denique læ-
tabatur de Ecclesiæ immobilitate, cum quiesceret
paululum a persecutione. Considerabat etiam apud
semetipsum, quod nunquam posset ad dilectionem
Dei in plenum pertingere, neque perfectum ordinem
doctrinæ obtinere, nisi per martyrii factam confes-
sionem Domino appropinquaret. Unde paucis an-
nis permanens in Ecclesia, lucerna deifica, singu-
lorum corda illuminare per Scripturarum exposi-
tionem precibus assiduis meruit.

(16) Reliquias S. Ignatii ab urbe Roma relatas
omnes ex ordine civitates susceperunt et humeris
gestaverunt. Præterea Chrysostomi adhuc temporibus
reliquiæ S. Ignatii magnopere Antiochiæ cole-
bantur. Cfr. Chrysost. *orat. in S. Ignat.*, c. 5, Opp.
t. II, p. 660, ed. Montf.

(17) I. e. cum ambo conjuncti unacum secundo
consules essent. Primo illi unacum consules erant
anno Christi 102, et quidem Senecio III, Sura II.

Secunda vice ii juncti numere fungebantur anno
Christi 107, et quidem Senecio IV, Sura III. Vi-
deatur Pagi *Critica* ad ann. 102 et 107.

(18) I. e. ut nos certiores faceret, nuni Ignatii
martyrium Deo esset acceptum. Cfr. Len.

(19) I. e. ut τὰ γενέθλια sancti martyris celebre-
mus. Ea Chrysostomi adhuc temporibus esse cele-
brata, ex sermone ejus in S. Ignatium perspicimus.
Vide Chrysost. Opp. ed. Montf. t. II, p. 600 seqq.

CAPUT II.

Postea vero cum nono anno regni sui Trajanus remeasset de victoria Scytharum et Dacum et diversarum gentium; et putaret quod posset suum imperium amittere, nisi Christianorum piissimum cultum ad idololatriam incliuaret; omnes Dei cultores aut sacrificare, aut certe mari compellebat. Tunc timens pro Ecclesia Antiochenorum fortissimus Christi miles Ignatius, ultro perrexit ad Trajanum. transeuntem illo tempore per Antiochiam, et festinantem ad Armeniam et Parthos. Cumque in faciem regis Trajani astitisset, Trajanus dixit: « Quis es tu, cacodæmon, qui nostra præcepta festinas transgredi, et aliis persuades ut male pereant? » Ignatius dixit: « Nemo Theophorum cacodæmonem vocat; longe enim a servis Dei recedunt dæmones. Scio quidem quia molestus eis sum; propterea me male cacodæmenem vocasti. Confiteor enim me Christum regem habere: et dissolvo illorum consilia. » Trajanus dixit: « Et quis est Theophorus? » Ignatius dixit: « Qui Christum habet in pectore. » Trajanus dixit: « Et nos non tibi videmur habere deos in pectore, quos habemus auxiliares contra hostes? » Ignatius dixit: « Et dæmonia gentium deos existimans, erras. Unus est enim Deus, qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt: et unus unigenitus Jesus Christus Filius ejus, cujus amicitiam acquisivi. » Trajanus dixit: « Crucifixum dicis a Pontio Pilato? » Ignatius dixit: « Illum qui crucifixus peccatum, et inventorem ejus; et qui non justificat idolorum servitorem, sed qui in corde suo hoc sapit. » Trajanus dixit: « Tu ergo in teipso Christum gestas? » Ignatius dixit: « Utique. Scriptum est enim: *Habitabo in eis, et inambulabo.* » Trajanus dixit: « Ignatium censui, dicentem in seipso continere crucifixum, vinctum a militibus perduci ad magnam urbem Romam, escam bestiis pro avocatione populi. » Hanc sententiam audiens sanctus martyr Ignatius, cum gaudio exsultavit, dicens: « Gratias tibi ago, Domine, quoniam me perfecte honorasti in tua dilectione, et dignum me fecisti

(20) Integrum caput 4, cum parte proxime sequentis, abest a ms. Cottoniano; quæ quidem e tertio Ignatianarum epistolarum collectore Usse-rius supplevit.

(21) Leg. « Tyrrenicum. »

(22) Alter vetus interpres: « Ostensis sancto Pociolis, » ubi legendum « Puteolis. » Hic autem Cottonianus interpres. « Pontiolum episcopum » fabricavit, quem et sancto Ignatio obviam exisse finxit, Græcorum quæ vertebat Actorum minus recte percepta sententia. USSER.

(23) Exactior quidem alius vetus interpres.

(24) Reliqua horum Actorum similiter præstitissem, nisi interpretis obstitisset ἀπίστα, qui in

A cum apostolo tuo Paulo ferreis vinculis alligari. » Hoc dicens, et cum lætitia suscipiens vincula, et orans primo pro Ecclesia, et eam cum lacrymis commendans Domino; sicut aries magnus boni gregis dux, a ferocissimis militibus ducebatur, crudelissimis manibus, Romam bestiis ad comestionem.

CAPUT III.

Tollentes igitur beatum Ignatium, pervenit ad Seleuciam; unde et navigare habuerunt. Et respiciens sanctus Ignatius post multum laborem ad Smyrnæorum civitatem, cum multo gaudio descendens de navi, festinabat sanctum Polycarpum episcopum Smyrnæorum coadjutorem suum videre. Fuerunt autem ambo discipuli Joannis apostoli. Quem sibi adductum beatus Polycarpus videns, et spiritualiter ei communicans, et vinculis ejus cœxultans, rogat eum ire ad propositum suum. Magis autem communiter omnis Ecclesia rogat eum per sanctum episcopum Polycarpum, et per sanctos presbyteros et diacones. Sed et omnes Ecclesiæ Asiæ festinabant ad eum, ut participarentur de spiritali ejus benedictione. Maxime autem et sanctum Polycarpum hortabantur, ut cum animaret, quo consummatus a bestiis, invisibilis mundo effectus, præsentaretur obtulibus Christi.

(20).

E CAPITE V.

. Et exinde proficiscens, Trojæ appropinquavit. Adductus autem Neapolim, per Philippesios transiit Macedoniam pedibus, et Epirum quæ est juxta Epidamnum secus mare; atque exinde navim conscendens, navigavit per Adriaticum pelagus. Et cum inde ascenderet ad Tyranicum (21), ostensum est sancto Pontio (22) episcopo, quod ipse transiturus esset. Et obviam ei exiens, festinabat sequi ejus vestigia tanquam apostoli Pauli. Et non potuit sequi, spiritu navis proræ incumbente. Et Ignatius, beatificans in eo loco fratrem suum in dilectione (23), ita navigavit. Denique una die et ea nocte prosperis ventis usi, pervenerunt ad urbem Romam (24).

rebus postquam Romam attigisset Ignatius, exponendis, posthabita eorum qui agoni martyris præsentibus adfuisse se dixerunt narratione, recentiorembiographum sequi magis voluit; qui poetica plane fide longos sermones inter imperatorem et Ignatium ibidem intercessisse, et varia tormentorum genera, ante extremum supplicium, pertulisse martyrem commentus est; cum cruciatuum illorum neque antiquiora Acta, neque ipse Metaphrastes mentionem ullam fecerit; et post Parthicam expeditionem Trajanum nunquam Romam rediisse, ideoque rebus istis interesse omnino non potuisse, Romana nos doceat historia. USSERUS, in præfat.

Tiberiani, Palæstinæ Primæ præsidis, ad Trajanum imperatorem, de Christianis Relatio (25).

Imperatori invictissimo, Cæsari divinissimo, A Αὐτοκράτορι νικητῇ Καίσαρι, θειοτάτῳ Τραϊανῷ. Trajano.

Defatigatus sum puniendo et neci tradendo Galilæos (qui nobis veniunt sub nomine Christianorum) secundum vestra mandata. Illi vero non cessant ad cædem sese patefacere. Et licet tam adhortationibus, quam minis, multam laboraverim, ut dogmatis illius esse se professores indicare mihi non auderent; persecutionem tamen passi, non quiescunt. Quæ igitur imperio vestro visa fuerint, edicere mihi dignetur majestas vestra.

(25) Cum Troadem pervenisset Ignatius, Ecclesiæ suæ Antiochenæ pacem fuisse redditam intellexit: quod hujus Tiberiani Relationis occasione contigisse, ex Joanne Malcla Antiocheno et Suida, nota in *Epistolam ad Philadelphenos* indicavimus, Suidæ de Trajano verba hæc sunt: Οὗτος τοῖς Χριστιανοῖς ἀνὰ κωχὴν τινα τῆς τιμωρίας παρέσχεν. Οἱ γὰρ κατὰ καιρὸν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων τὰς ἀρχὰς ἰννοῦμενοι, πρὸς θερζαλαίαν τῶν τότε βασιλέων, διαφόρους ἐπέγγον τοῖς χριστιανοῖς κολάσεις. Ὄθεν καὶ Τιβεριανὸς, ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστινῶν ἔθνους, ἀνήγαγεν αὐτῷ, λέγων ὡς οὐκ ἐπαρκεῖν λοιπὸν πρὸς χριστιανούς φονεύειν, ἐκείνων αὐτομάτως ἐπεισαχόντων ἑαυτοὺς τῇ κολάσει. Ἐντεῦθεν ὁ Τραϊανὸς πᾶσιν ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀπηγγόρευε τιμωρεῖσθαι τούτους. « Hic aliquas suppliciorum inducias Christianis concessit. Qui enim illis temporibus magistratus a Romanis redimebant, ad captandam gratiam imperatorum qui tunc vivebant, varia supplicia Christianis infligebant. Quamobrem etiam Tiberianus, qui primæ Palæstinorum genti præerat, ad eum retulit, se in posterum Christianis occidendis imparem fore, quod illi ultro ad supplicia se ipsos offerrent. Quare Trajanus omnibus imperio suo subjectis simul interdixit, ne suppliciis eos afficerent. » Quam tamen indulgentiam ita universalem non fuisse, sed ad Palæstinam, Syriam, et eas Orientis partes, in quibus tunc agebat imperator, magis spectavisse; vel ex deprecatione illa Ignatii, in amphitheatrum jam producendi, « pro persecutionis quietatione. » cujus in Actis martyrii ipsius sit mentio, promptum fuerit colligere. USSER.

Ignatii martyrio, in Eusebii *Chronico*, Relationis hujus commemoratio statim subjungitur; eamque tum factam, in editis Actorum ipsius scriptor ita enarrat: Ἦκει δὲ αὐτῷ γράμματα παρὰ Παιωνίου (pro Πλινίου) Σεκούνδου ἡγεμόνος, νικηθέντος [ἴσ. κινήθέντος] ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν γινομένων μαρτύριον, καὶ ἄπιστος ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀδίκως ἀνηροῦντο, ἅμα δὲ ἐν ταύτῃ καὶ μηνύοντες μηδὲν ἀνόσιον μηδὲ παράνομον πράττειν αὐτούς, πλὴν τὸ ἅμα τῇ ἑν διαγεγραμμένους Χριστὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ προσκυνεῖν ὑπὲρ τούτου μόνου δίκην ὑπέχουσιν. Τὸ δὲ μοιχεύειν καὶ φονεύειν, καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις ἀθέμιτα πλημμελήματα, καὶ αὐτούς ἀπαγορεύειν πάντα. Πρὸς ἃ τὸν Τραϊανὸν ἐνόησαν λαβόντα τὰ [ἴσ. τῶν] κατὰ τὸν μακρότερον Ἰγνάτιον (ἦν γὰρ πρόμαχος τῶν λοιπῶν μαρτύρων) δόγμα τοιοῦτον τεθεικέναι τὸ τῶν Χριστιανῶν φύλον ἐκζητεῖσθαι μὲν, εὐραθὲν δὲ μὴ κολάζεσθαι. Quam narrationem cum ille ex *Ecclesiastica Eusebii historia* (lib. III, cap. 17) mutuatus fuerit (ut ipsa verba inde transcripta evincunt), mirum profecto est, decretum imperatorium, quod ex Tertulliano recte ille proposuerat (τὸ τῶν Χριστιανῶν φύλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μὲν, ἐμπεσόν δὲ κολάζεσθαι) in sententiam plane contrariam ab incerto isto biographo ita fuisse per-

Απέκαμον τιμωρούμενος καὶ φονεύων τοὺς Γαλιλαίους τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριστιανῶν, κατὰ τὰ ὑμέτερα θεοπλάσματα. Καὶ οὐ παύονται ἑαυτοὺς μηνύοντες εἰς τὸ ἀναρεῖσθαι ὄθεν ἐκοπίαστ' αὐτοῖς παραινῶν, καὶ ἀπειλῶν, μὴ τολμᾶν αὐτοὺς μηδεὶν μοι ὑπάρχοντα ἐκ τοῦ προειρημένου δόγματος καὶ ἀποδιωκόμενοι οὐ παύονται. Θεοπίσαι μοι ὅν καταξιώσατε τὰ παριστάμενα τῷ ὑμετέρῳ κράτει, τροπαιοῦχοι.

versam. Hunc itaque errorem vetus Latinus ipsius interpres in sua versione corrigendum putavit; licet eum Metaphrastes (qui hunc tantum auctorem, non Eusebium, ob oculos habuit) retinuerit, et quibusdam, more suo, additis locupletaverit. Et Latini quidem interpretis versio ita sese habet: « Venerunt Trajano scripta a Plinio Secundo duce, permoto super multitudine quæ facta fuerat martyrum pro fide interemptorum; in quibus omnino nihil sceleris deprehenderetur admissum, aut aliquid contrarium legibus gestum; præter hoc solum, quod ante lucem surgentes causa Dei Christi hymnos canebant. Adulteria vero, vel cætera hujusmodi crimina, abominabantur; et omnia agebant legibus convenientia. Trajanus vero, his auditis, penitens de iis quæ in beatum et sanctum Ignatium ingesserat (erat enim propugnator cæterorum martyrum), tale decretum proposuit: ut Christianorum quidem gens non inquireretur; si quis tamen incidere, puniretur. »

Metaphrastes vero, facilo Plinii nomine (fortasse quod depravatum in Actis illis reperisset) ita rem totam proposuit: Βασιλεὺς δὲ Τραϊανὸς, τὰ κατὰ τὸν Θεοφόρον Ἰγνάτιον ὑπερὸν ἐκμαθῶν, ὅπως τε γενναίως τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀθλὸν ἀνύσειε, καὶ ὅπως κατὰ τὸν ἐκείνου ψῆφον θηρίων βορὰ γένοιτο ἀκούσας δὲ πολλὰ καὶ περὶ τῶν κατὰ χώρας Χριστιανῶν, ὡς ἄρα οὐδὲν παρὰ τοὺς νόμους πράττειεν, ἀνόσιόν τε δοῶσιν οὐδὲν, ἀλλ' ἅμα ἑν θεανιστάμενοι Χριστὸν τε ὡς Υἱὸν Θεοῦ προσκυνοῦσιν, ἐγκράτειάν τε πᾶσαν ἀσκούσιν ἐν τε βρωτῶν ὁμοίως καὶ ποτῶν μεταλήφει, καὶ ὅσα νόμος ἀπαγορεύει τούτων οὐδενὸς ἄπτανται ταῦτα ἐκείνον ἀκούσαντα, μετάνοιάν τε εἰσελθεῖν τῶν ἔδῃ γεγεννημένων, καὶ δόγμα τοιοῦτον ἐκθεῖναι λέγεται ὥστε τὸ Χριστιανῶν φύλον ἐκζητεῖσθαι μὲν καὶ γνώριμον πανταχοῦ καθίστασθαι, εὐρισκομένους δὲ μὴ ἀναρεῖσθαι μὲν, πλὴν μὴ δὲ πάλιν ἀρχὰς ἢ δημοσίων πραγμάτων ἐγγειρίζεσθαι διακίσεις. Οὕτως οὐχ ἡ ζωὴ μόνον Ἰγνατίου, ἦδη δὲ καὶ ἡ τελευταῖα πολλῶν πρόξενος ἀγαθῶν κατέστη. « Imperator Trajanus cum de divino Ignatio postea didicisset, et quam fortiter peregisset certamen martyrii, et quod ut ipse tulerat sententiam, a bestiis fuisset devoratus, et multa etiam audivisset de Christianis qui erant in regione, quod scilicet, nihil præter leges facerent, neque rem ullam agerent impiam: sed diliculo surgentes et Christum adorarent tanquam Dei Filium, et omnem exercebant abstinentioniam in cibo et in potu, et nihil tangerent ex iis quæ lex prohiberet; cum ille, inquam, hæc audisset, ductus est penitentia eorum quæ facta fuerant; et dicitur tale decretum proposuisse: ut gens quidem Christianorum exquireretur, et omnibus esset cognita: inventi autem non interficerentur; sed neque magistratus gererent, neque susciperent ullam rei publicæ administrationem. Sic non vita solum Ignatii, sed

C. Plinii Secundi, Bithyniæ prætoris, ad eundem de eisdem, Relatio (26).

Solemne est mihi, domine, omnia de quibus dubito, ad te referre. Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam instruere? Cognitionibus de Christianis interfui nunquam: ideo nescio quid, et quatenus, aut puniri soleat, aut quari. Nec mediocriter hæsitavi, sitne aliquod discrimen ætatum? an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant? deturne pœnitentiæ venia? an ei, qui omnino Christianus fuit, desiisse non prosit? nomen ipsum, etiamsi flagitiis careat, an flagitia cohærentia nomini puniantur? Interim in iis, qui ad me tanquam Christiani deferebantur, hunc sum secutus modum. Interrogavi ipsos, an essent Christiani? confitentes iterum ac tertio interrogavi, supplicium minatus: perseverantes duci jussi, Neque enim dubitabam (qualecunque esset, quod faterentur) pervicaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri.

Fuerunt alii similis amentitiæ, quos (quia cives Romani erant) annotavi in Urbem remittendos: mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species inciderunt. Propositus est libellus sine auctore, multorum nomina continens, qui negarent se esse Christianos, aut fuisse, cum præcunte me deos appellarent, et imagini tuæ (quam propter hoc jusseram cum simulacris numinum afferri) thure ac vino supplicarent, præterea maledicerent Christo (quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt revera Christiani): dimittendos putavi. Alii ab indice nominati, esse se Christianos dixerunt, et mox negaverunt; fuisse quidem, sed desiisse, quidam ante triennium, quidam ante plu-

res annos, non nemo etiam ante viginti quoque; omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt, et Christo maledixerunt.

Affirmabant autem hanc fuisse summam vel culpæ suæ, vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo, quasi Deo, dicere secum invicem; seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent, quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum facere desiisse, post edictum meum, quo secundum mandata tua hetærias esse vetueram. Quo magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset veri et per tormenta quærere. Sed nihil aliud inveni, quam superstitionem pravam et immodicam: ideoque dilata cognitione ad consulendum te decurri.

Visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum, et vocabuntur. Neque enim civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est, quæ videtur sisti et corrigi posse. Certe satis constat, prope jam desolata templa cœpisse celebrari, et sacra solemnia diu intermissa repeti, passimque venire victimas; quarum adhuc rarissimus emptor inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emendari possit, si sit pœnitentiæ locus.

Trajani imperatoris, de Christianis, Rescriptum.

Trajanus Plinio S. Actum quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt; si deferantur et arguantur, puniendi sunt: ita tamen ut qui negaverit

se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit (id est supplicando diis nostris), quamvis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine auctore vero propositi libelli nullo crimine locum habere debent. Nam et pessimi exempli, nec nostri sæculi est.

jam mors etiam fuit multorum bonorum conciliatrix; » quia hoc, nimirum, decretum mitiorem effecisset persecutionem, τὸν διωγμὸν μετριώτερον, ut in Trajani historia habet Zonaras.

Sub tertio Trajani consulatu, qui in annum æræ Christianæ incidit centesimum, C. Plinium Kalendis Septembribus consulatum suum honorarium iniisse, in primorum annorum Trajani tabella chronologica jam indicavimus; quo ipso etiam anno et die insignem illum panegyricum ad Trajanum ab ipso fuisse habitum, in ejusdem argumento confirmat Lipsius. Sub quarto tamen Trajani consulatu factum hoc vult Baronius: qui et anno proximo Plinium provinciam suscepisse administrandam, atque has ad Trajanum litteras dedisse existimat;

indeque « erroris redargui jure posse » Eusebium sibi videri significat, apud quem positæ eæ fuerint anno « undecimo » ejusdem imperatoris, vel « decimo » potius, ut ex emendationibus Eusebiani *Chronici* codicibus Josephus Scaliger edidit. Videtur ipse Baronius, ad annum Christi 108 (num. 4 et 5), quem æræ Christianæ vulgaris 102 in *Chronico* suo recte numeral D. Petavius; licet ad eum historiam hanc non recte referat. Quam infirmis enim Baroniana, quam ille secutus est, sententia innixa fuerit fundamentis, a P. Halloixio pluribus jam pridem est ostensum, *Notat. in Vit. Ignatii*, cap. 14, quæst. 1. ESSER

(26) Plin. lib. x, epist. 97.